



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

Typographus Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

TYPOGRAPHUS
LECTORI.

CUm Pœmata Fürstenbergica nunc iterum auctiora in lucem typis nostris prodeant, benevole Lector, ipsa nos documenta Paderbornensia, ejusdem auctoris fetus perelegans, admonere quodammodo, & exigere videntur, ut quæ antehac fuerunt seorsum edita, jam unâ cum his Pœmatis publicemus: Nam etsi horum Monumentorum inscriptiones ex historia Romana, Francica, & Saxonica, ut vides, sint contextæ, quia tamen earum argumentum versu convescitur, & Historiam à Pœticâ non multùm distare, sed hæc duo gemina affiniaque esse, ac solo propemodum rhythmo inter se discrepare, sentit Floridotus apud Agathiam nobilem historicum, par esse diximus presenti Pœmatum libello illas annectere. Quodsi verò adjectæ inscriptionibus notæ, ob brevitatem forte obscuræ, ac nimis jejuna tibi videantur, eruditissimum auctoris commentarium consulas velim, quo jam denuò separatim à nobis edito, Monumenta Paderbornensia illustravit, nec patriæ antiquitatis, quam gloriæ suæ peremnius exegit monumentum. Vale.